UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs In Primam Digesti Novi

Bartolus

Lvgdvni, M.D.LXVII.

Actionibus [et] obligationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96158

Visual Library

Sed an ipſo iure, vel ope exceptionis: Dic vt not. in c. j. §. item
ſacra. de pa. iur. fir. ⁊ ꝙ dixi in l. metum. C. quod me. cã. ⁊ adde
ꝙ pulchre no. Bar. in l. creditor. in fi. de ſol. ⁊ ad id quod dixi
ſ. in matrimonio ſpirituali, vide tex. ſingu. in c. cum virum. de
regul. Item predictis adde que no. Bal. in auth. ſiue. in prin.
C. ad Velle. ⁊ que no. in c. ſane. de renun. ⁊ que hñr in l. tranſa
ctionem. C. de tranſac. Et ad predicta adde Inn. in c. cãm ma
trimonij. de off. deleg. Adde, an filia dicatur renunciare metu,
vel reuerentia paterna, Pau. de Ca. conſ. clxxvij. Et an reue-
rentia prelati vel capituli ſit iuſtus metus, per Pet. de Anch.
conſ. cccxj. per Bal. aliquid, conſi. cciij. iij. lib.

LEX II.

S I filiofamilias.

§. Si in alea. Iſte eſt ſing. caſus. Aduerte ad primum caſum, quem po
nit gl. in verb. vendam. que inci. puta ſi vicero, ⁊c. tunc ſi iſta vẽ
ditio eſt facta in ludo prohibito, non vʒ ipſo iure, alias ſic, ⁊ ha
beret locum preſcriptis verbis. Secundo modo legitur, ꝙ ven
didi tibi rem, ⁊ luſi vel rem vel eſtimationem: tunc opp. ſaltem
ad primum dictum, q2 ɔctus celebratus a prodigo, antequam
interdicatur ſibi bonis, eſt validus. l. is cui bonis. ſ. de verbor.
obl. Gl. rñdet per l. ſi quis cum ſciret. ſ. pro empt. ꝙ iſta lex hʒ
locum, qñ colluſores emerunt inter ſe. Vel pt intelligi, qñ ven
didit extraneo, ⁊ tunc vʒ venditio, ſed grauatur in hoc, vt non ha
beat euictionem, vt glo. no. in l. quod ſi minor. ſ. de min. Et gl.
dt in l. ſi quis cum ſciret. §. fi. ſ. pro emp. Sed dixi vobis aliter
in d. l. ſi quis ſciret. ſ. pro emp. ſm Iac. de Are. ſi ꝙ emo rem,
⁊ tibi ſoluo protinus perdituro, tunc non vʒ. Sed ſi ſcio te pro
digum, non tñ ſcio te conſumpturum ad certum vſum, ⁊ tũc vʒ,
donec bonis interdicatur. Et iſtam lec. puto veram. Tertia le
ctu. ponitur in gl. hic, ⁊ non applaudit litere, qñ erat in alea: id
eſt, dubius euentus ⁊c. tñ lec. eſt vera in ſe. Vel aliter pone ca-
ſum ſm Rog. in gl. ⁊ primum caſum quem iam expediui. Sed
in vlti. qñ ludus eſt permiſſus. Pe. reprehendit, q2 quod legi-
time eſt factum, penam non meretur. Pe. nil aliud dt. Bene fa
cit l. ſi rem. §. ſi quis ſponſionis. ſ. de preſcr. ver. ⁊ l. pen. ſ. de
alea. facit l. in exceptionib. §. fi. de proba.

De litigioſis. Tit. vj.

LEX I.

1 Denunciatio ſola non facit rem litigioſam.

1 L Itigioſam rem. Not. † ꝙ ſola denũciatio nõ
facit rem litigioſam. facit C. eod. l. j. de virtute
huius denunciationis. dic vt plene in materia
proteſtationis in l. non ſolum. §. fi. de ope. noui
nuncia.

1 Vitium litigioſi afficit perſonam, non rem.
2 Res qualiter efficiatur litigioſa. plena diſtinctio.
3 Vitium litigioſi quos effectus operetur.
4 Res litigioſa non poteſt obligari.

1 §. Si inter. † No. ꝙ vitium litigioſi non afficit rẽ,
ſed perſonam ſic. C. de preſcr. lon. tem. l.
j. Scdo no. ꝙ res efficitur litigioſa per lit. conteſt. Op. C.
a eo. [a]auth. litigioſa. Sol. illa corrigit hanc in reali, vbi per ſolaʒ
citationem res efficit litigioſa, in perſonali remanent iura anti
2 qua. Et vt hec materia liqueat, diſtingue, † Aut agit reali, aut
perſonali, aut miſta. Primo caſu, aut in cã principaliter contẽ
dit de dñio, vel de eo ꝙ pars dñij eſt, vt de vſufructu, ⁊ fit liti-
gioſa per ſolam citationem, vt C. eo. auth. litigioſa. ⁊ ibi not. p
gl. Et idem puto de ipſa actione reali, ꝙ eo modo efficiatur liti
gioſa. Aut non contendit de dñio, ſed de alio iure, vt hypothe-
caria, confeſſoria, ⁊ negatoria, ⁊ p alijs ſeruitutibus: ⁊ tunc iſta
res non efficit litigioſa, vt in auth. eo. §. ad hec. Ipſa tñ actio ef
ficitur litigioſa per lit. conteſt. arg. huius §. eo. l. ij. Idem puto
ſi litigetur de poſſeſſione. Si vero agitur actione perſonali,
ſi quidem non contendit de ipſa re, ſed de aliquo opere facto in
re, tunc ipſa res nunꝙ efficitur litigioſa, etiam ſi illa actio ſit in
rem ſcripta, vt. ſ. de aqua plu. arc. l. ꝗꝗ. §. Iulianus. ⁊ ibi not.
ipſa tñ actio bene efficitur litigioſa per lit. conteſt. l. ij. C. eo. Si
b vero contenditur de ipſa re, ⁊ tunc efficitur litigioſa [b]ipſa res ⁊
actio, per litem conteſta. d. l. ij. C. eo. Si vero agit actione mi-
ſta, tunc aut eſt actio vniuerſalis, aut ſingularis. Primo caſu ⁊
olim ⁊ hodie efficitur litigioſa per ſolam citationem, vt. ſ. d pe
ti. her. l. diuus. ⁊ ſ. fa. fa. erci. l. alienationes. Si vero eſt parti-
cularis, tũc res ⁊ actio efficit litigioſa per lit. conteſt. l. j. in fi.
3 C. cõi diui. † Quero, quid habeat operari vitiũ litigioſi: Sol
ue. ſm iſta tpa tres erant effectus. Primo, ꝙ impediebat alie-
natio, vt d. l. diuus. ⁊ l. alienationes. ſ. fam. erciſ. Scdo, ꝙ ille, in
quem fiebat talis tranſlatio, non poterat in pſcriptione ſibi cõ-
numerare tpa ſui authoris. l. j. C. de pſcr. lon. tem. Tertio, ꝙ ſi
cadebat a poſſeſſione, non poterat eam recuperare obſtãte ex-
ceptione litigioſi, vt hic. hodie vero eſt additum, ꝙ ɔctus ſuper
re litigioſa habitus, eſt ipſo iure nullus. Item q2 accedenti ad
ɔctum imponuntur certe pene, que ponuntur in l. fi. C. eo. Iteʒ
quod ſi ſñia lata ɔ primum reum tʒ pt mãdari executioni ɔ eũ,
c in quem facta eſt tranſlatio. d. l. fi. C. eo. quod plenius declaro[c]
in repe. l. creditores. C. de pig. quas penas intelligo, ſi fiat alie
natio lite pendente. Nam ſi perempta eſſet inſtantia tunc lʒ du
ret vitium litigioſi. vt no. C. de iud. l. pperandum. §. ⁊ ſi quidẽ.
⁊ dixi in l. ij. ſ. iud. ſol. tñ ɔctus habitus vʒ. l. j. C. de preſcr. lon.
4 tem. † An poſſit res litigioſa obligari: dic ꝙ non. l. j. §. fi. que
d res pig. ob. poſ. ⁊ no. per gl. [d]in l. j. §. fi. C. cõi. diui.

ADDITIONES.

a Alex. Op. C. eo. Contrarium tʒ Bar. in d. auth. litigioſa. ſed
forte non eſt ɔrius, ſi recte conſideretur.
b Litigioſa. Et hoc teneas, ⁊ ſequit Imo. in c. cum M. de cõ-
ſti. ⁊ ibi vide in materia Inn. lʒ Bar. in l. cum te. C. eo. dixerit,
ꝙ non ɔ in perſonali, res efficitur litigioſa. Subdit tñ d. Flor.
in d. c. cum M. ꝙ etiam lite pend. quis pt vti poſſeſſione ſua,
dummodo licite vtatur: ſecus ſi illicie ad preiudicium partis.
Vide que in materia dixit do. Ant. in d. c. cum M. poſt Ioan.
And. ⁊ quod no. in cle. fi. vt lit. pen. ⁊ in materia vide Inn. in c.
ex parte. de arb. ⁊ bonam gl. de hoc vitio litigioſi. xj. q. ij. c. i. Et
his adde Bal. poſt Bar. in l. j. cõi diui. Et adde ꝙ vitium liti-
gioſi impedit alienationem poſſidentis, ſed non acquiſitionem
ab eo fieri. Ita dt Bal. menti tenendum, in l. ij. C. ne lit. pend.
Adde Ro. conſ. cclxx. vbi de predictis.
c Declaro. Idem tʒ Bar. in l. fi. C. eo. ⁊ Bal. in l. j. C. cõi diui.
⁊ Ang. in auth. de litig. in prin.
d Per gl. Et illam gl. ſequitur Bal. ibi in d. l. j. vbi etiam que
rit, an poſſit fieri de ea compromiſſum, ⁊ ſimplex compoſitio, ⁊
quid coram arbitro, an inducat vitium litigioſi.

De obligationibus & actionibus. Titul. vij.

LEX I.

1 Obligatio ex quaſi contractu quod ſit ex varijs figuris
cauſarum.
3 Actiones in rem ſcripte que rei peruentione obueniunt, dicun
tur proponi ex varijs figuris cauſarum.
4 Actio vtilis an dicatur natiua vel datiua. ⁊ nu. 6. ⁊ nu. 10.
5 Actio que dicatur datiua ⁊ que natiua.
7 Actio vtilis dicitur quadrupliciter.
8 Obligatio vtilis an transferatur per ceſſionem, ſicut actio vti-
lis: quod ſic.
9 Actio ex obligatione ab initio ſemel tantum oritur non indeſi-
nenter.
11 Actio vtilis in reali dicitur datiua non natiua.
12 Actio que dicitur vtilis reſpectu directe, que competebat ad
idem, ⁊ deſiit competere aduerſario deſinente poſſidere dolo,
dicitur datiua.
13 Actio vtilis que competit emphyteute, feudatario, ⁊ ſimilibus
eſt natiua.
14 Actio vtilis que competit preſcribenti dr natiua.
15 Actio vtilis que competit ceſſionario, dr natiua.
16 Agens actionali perſonali vtili quando poſſit dicere in libello
debitorem ſibi obligatum.
17 Actio vtilis ⁊ directa, an ſint eedem in ſubſtantia.
18 Actio quod ſit in genere, ⁊ eſt communis opin.
19 Drie ſubſtantiales quod faciant driam in ſpecie, non drie que
ſumuntur ex qualitatibus.
20 Exercitium actionum directarum, an videatur mandari per
ceſſionem.
21 Directa actio, ⁊ vtilis ꝙ non poſſint eidem competere.
22 Vtilis competens ex inſtro guarentigionato, ꝙ ex forma ſta-
tuti hʒ executionem paratam, etiam competit ex equitate.
23 Proponens directam ſi probat in vtili, an obtineat.
24 Cauſaʒ remotam in libello reali quis non cogitur exprimere.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

25 Actione vtili ceſſa, an diuidatur in aliam vtilem.
26 Cedens vtilem propter virtutem directe que remanet apud eum, poteſt ſolutionem a debitoꝛe recipere ⁊ eum liberare, tribus caſibus exceptis.
27 Actio vtilis quando tranſeat ex ſolo contractu ſine ceſſione.
28 Stipulatio pꝛetoꝛia quod dicatur actio, ſed per officium iudicis petitur.
29 Actiones que oꝛiuntur ex pactis incontinenti appoſitis qualiter dentur.

1 Obligationes. Quero, † q̄ ſint iſte obligationes, que naſcunt
ex varijs figuris cauſarum: Et glo. ponit opi. ⁊ pꝛi-
a mo a quod ille que ſunt ex quaſi ꝯctu. Et iſtam opi-
nionem repꝛehendit gl. Inſt. de act. §. j. ⁊ qꝛ q̄ñ dr̄ ex ꝯctum, ſe-
quitur ⁊ de his, que ex quaſi ꝯctu. vt pꝛobatur per illos ti. In-
b ſtit. de obli. que ex quaſi ꝯctu. Alij dicunt, b vt Hugo, ꝙ eſt cōdi-
c ctio furtiua, que naſcitur ex varijs figuris c cauſarum. Et hoc
tꝫ gl. hic ⁊ in l. ſi pꝛo fure. §. fi. ſ. de condi. fur. Sed illud repꝛe-
henditur per Dy. ⁊ Gul. ⁊ omnes doct. Moder. qꝛ imo condi
ctio furtiua oꝛitur ex delicto l. ſi ambo. §. quoties. ſ. de compē.
⁊ l. ſi mulier. §. pe. ſ. re. amota. Alij dn̄t ꝙ intelligitur de obli-
gationibus, que non ſunt iure oꝛdinario ⁊c. vt gl. Sed illud vi-
di repꝛehendi: qꝛ hic de oblōne, exemplum eſt de actione. Et
iſta eſt bona repꝛehenſio. Uel dic de pactis appoſitis ex cōtra
ctum, ⁊c. vt gl. Sꝫ truffa eſt, qꝛ pacta incontinenti appoſita ſunt
ꝯctus. Pet. dicit, quod actio in factuꝫ que eſt ex varijs figuris
cauſarum, l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccle. non plꝫ, qꝛ hic loqui
tur in oblōne, exemplum eſt in actione. Quid dicemus: Ad pꝛi
mum dico, quod oblōnes que ſunt ex quaſi ꝯctu, ſunt ex varijs
figuris cauſarum, ⁊ repꝛehenſio glo. Inſtit. de act. §. j. pcedere
videtur ſecundum oꝛdinem tit. in Inſtitutionibus poſitoꝛum,
ſed hic Iuriſconſulti oꝛdo eſt cōtra, qꝛ pꝛimo hic agitur de obli
gatione ex contractu ſecūdo de obligatione ex maleficio, vt j.
eod. l. ex maleficijs. Et poſtea ſequitur, ꝙ dicat de varijs figu-
ris cauſarum ⁊ ponitur de obligatione ex quaſi contractu, vel
quaſi maleficio. Et ſic vr̄ de mente Iuriſconſulti, ꝙ iſte ſint ex
varijs figuris cauſarum. Impꝛopꝛie ponitur iſtud verbum ex
quaſi contractu ⁊ ex quaſi maleficio cum hic dicat ex varijs fi-
2 guris cauſarum, ⁊ ſic eſt mens huius legis. Ad aliud quod † dr̄
de oꝛdine tit. Inſti. rn̄deo ꝙ magis debemus oꝛdinem ti. in ff.
attendere, quam in C. vt in tit. de bo. poſ. contra tabul. ⁊ ſm ta-
3 bu. ⁊ econtra in C. Item † actiones ſcripte in rem, que rei per-
uentione obueniunt tunc ex varijs figuris cauſarum pꝛoponū
tur: qꝛ non ex contractu, vel quaſi oꝛiuntur: ⁊ ita tꝫ glo. C. quod
4 met. cau. l. iij. ¶ † Quero, vnde oꝛitur d actio vtilis: Bl. in l. ex
d legato. C. de leg. dicit no. ꝙ actiones vtiles ſunt datiue, non na
tiue. Ideꝫ no. hic in pꝛin. mag. gl. ⁊ in l. ex maleficijs. §. heres.
j. eod. ſed in l. pater. C. de pac. conuen. dr̄, ꝙ quandoqꝫ naſcit,
quandoqꝫ datur. Ad declarationem huius pꝛimo videamus,
5 † quid eſt dictum natiua, ⁊ datiua: Pone exemplum in homi-
nibus. Poſſum dicere, ꝙ Adam fuit homo datiuus, a Deo im-
mediate factus, alij homines natiui, qꝛ ex patre, ⁊ matre nati.
Ita actio natiua quando naſcitur ex matre, ſcꝫ obligatione. l.
licet. §. ea. ſ. de pꝛocura. ſed quando immediate lege concedi-
tur ſine matre, dicitur datiua. text. quem Iac. But. ad hoc al-
legat in l. iuriſgentium. §. j. ſ. de pac. dicit, ꝙ tunc dr̄ natiua, q̄ñ
habet aſſiſtentem materiam ſufficientem, ex qua actio oꝛitur,
alias dr̄ datiua. ¶ Hoc pꝛemiſſo dicit Pet. ꝙ duplex eſt ma-
teria: quedam remota, quedam pꝛoxima. Exemplum, in per-
ſonalibus contractus eſt materia remota, obligatio eſt pꝛoxi-
ma, ex qua actio oꝛitur, que dicitur natiua, in rei vendicatione
vero dominium, ⁊ poſſeſſio eſt cauſa pꝛoxima rei vendicande.
6 Et ideo dicit ipſe, aut queris † vtrum actio vtilis dicatur nati-
ua reſpectu cauſe pꝛoxime, ⁊ tunc ſi inſpicias pꝛincipiuꝫ legis
xij. tab. que iſtam vtilem non pꝛoducebat, erit datiua, vt in vti-
li bonoꝛuꝫ poſſeſſione. ⁊ in l. pe. ſ. ſi quadru. pau. fe. dica. Si ve
ro reſpicis illas leges, que illas vtiles inducūt, diceretur actio
natiua, qꝛ lex introducit obligationem, ex qua hec actio oꝛitur.
Unde obligatio bene poſſet dici datiua: ſed actio non. Si reſpi
cis cām remotam, tunc fateoꝛ opi. gl. ꝙ eſt datiua. Et ꝙ in his
vtilis ſit oblō, pꝛobatur ex diffinitione oblōnis, qꝛ eſt iuris vin
culum, quo neceſſitate adſtringimur, ⁊c. Sed hic adſtringitur,
ergo, ⁊c. ¶ Ad examinandum hanc queſtionē eſt pꝛemittendū,
7 † ꝙ actio vtilis dicitur quadrupliciter. Pꝛimo, reſpectu dire
cte competentis ad idem, l. j. C. de act. ⁊ obli. cum ſi. nam dire-
cta competit cedenti, ⁊ vtilis ceſſionario ad idem. Secundo, re
ſpectu directe, que iam competit, nunc non competit, vt in vtili
que reſtituitur minoꝛi, vel abſenti, vt C. ſi aduer. tranſact. l. j. ⁊
l. in honoꝛarijs. j. eod. verſ. ſed cum reſciſſa. Tertio dicitur vti-
lis reſpectu directe, que nunquam competit, licet eſſet poſſibile
competere, l. quoties. C. de dona. que ſub mo. ⁊ l. pe. ad exhi.
Quarto modo dr̄ vtilis reſpectu directe, que competit ad aliud
vt in caſu l. pen. ſi quadru. pau. fe. di. ⁊ l. curatoꝛis. C. de nego.
8 geſt. ⁊ de bo. poſ. here. peti. l. j. ¶ Secundo videndum eſt, † an
per ceſſionem transfertur vtilis oblō ſicut actio vtilis: Et vr̄
quod non: nam glo. vlti. in l. j. C. de act. ⁊ obli. dt̄, quod habens
vtiles non poteſt dicere iſtum ſibi obligatum. In ꝯrarium eſt tex.
in l. ſi inſolutum. eo. tit. pꝛout eſt in litera habes pꝛo hoc, qꝛ vi-
deo q̄ñ alicui reſtituitur hereditas, non tm̄ tranſiertur actio vti
lis, ſed tamen dicitur vtiliter heres. l. ſi filius. quod cum eo. ⁊ l.
poſtulante. ad Treb. Preterea video, quod per ceſſionem pōt
transferri ſpes obligationis, l. ſpeꝫ. C. de dona. Preterea obli
gatio que non parit actionem, poteſt cedi, l. ſi eius ad Treb. ea-
dem ratione, que parit. Preterea video, quod inſtantia iudicij
non eſt actio. ſed per eam obligatur quis inſtantie, l. j. in pꝛinc.
ad Treb. ⁊ l. cum hereditas. facit l. tam ex contractibus. ff. de
iudi. Et ſic puto ꝙ competit vtilis obligatio ſicut actio. ¶ Ter
9 tio eſt videnduꝫ † quando actio naſcitur ex obligatione, an ſem
per naſcatur, an ab initio tantum: Sunt enim quedam que oꝛiū
tur ex aliquo indeſinenter, vt lux a ſole, quedam in puncto, vt fi-
lius a patre. Rn̄d. ſemel tantum ab initio oꝛitur actio, non in-
deſinenter. Facit ad idem l. ſi quis ſtipulatus. ⁊ l. ſi ſic. de ver.
10 obl. ⁊ l. cum querebatur. j. iud. ſol. ¶ † His pꝛemiſſis venio ad
q̄ōnem, an vtilis actio ſit datiua vel natiua: Iuriſconſulti ap-
pellauerunt datiuam, que non haberet ſubſiſtentem mām, ex
qua oꝛiatur, vt pꝛeallegata l. iuriſgentium. Nos autē ſtrictius
dicamus eam eſſe datiuam, que non hꝫ oblōnem aliquam, ēt da
tiuam. Et aſſumo vtilem, ⁊ pꝛimo, vt cedenti, ⁊ ceſſionario com-
petit oblō vtilis, ergo hꝫ oblōnem ex qua oꝛitur. Contrarium
dico, in ceſſionarium transfertur vtilis obligatio, que erat dire
cta apud cedentem, que non potuit plus parere cum iaꝫ peper
erat, ergo iſta vtilis non pōt parere, l. euꝫ qui. ff. de furt. ergo eſt
mere datiua, ⁊ hoc caſu veruꝫ dt̄ gl. Sed ſi poneres, ꝙ ante par
tum oblōnis, vtilis transfertur, vt in caſu l. ſpem. C. de dona.
tunc Pet. bene dt̄, quod oꝛiatur ex oblōne datiua, cum nulluꝫ
hꝫ ꝯctum ex quo oꝛiatur. Si vero accipimus actionem vtilem
ſecundo modo, ſm quem dr̄ reſpectu directe non competentis
ad idem, ⁊ non competit ad idem: qꝛ eſt datiua, non natiua, nō
enim euacuata erat poteſtas in oblōne directa, eo ꝙ ſemel par
turierat, l. j. ⁊ ij. C. ſi aduerſ. tranſa. Si vero accipis actionem
vtilem tertio modo. ſ. q̄ñ poſſibile eſt competere eſt ad idem, vt
no. in l. quoties. C. de do. que ſub modo. ⁊ l. pen. ad exhi. tunc fa
teoꝛ, ꝙ lex pꝛoducit ab initio oblōnis vtilem actionem, que oꝛi
tur ex ea, ⁊ ſic dicetur actio natiua, ⁊ obligatio datiua. Nec ob-
ſtat tex. in d. l. pen. ad exhi. qui dicit vtilis dabitur, ⁊ ſic innuit,
ꝙ eſt datiua, qꝛ illud dr̄, qꝛ datur obligatio, neqꝫ hꝫ ꝯctum pꝛe
cedentem ſufficientem ex quo oꝛiatur, ⁊ ſic Iuriſconſulti appel
labant illam datiuā. ſed ego ſtrictius. Si vero accipimus actio
nem vtilem quarto mō. ſ. reſpectu directe competētis ad aliud
tunc fateoꝛ opi. Pet. qꝛ aut reſpicis pꝛincipium legis xij. tab.
introducentis directam, ⁊ non pōt dici vtilis natiua, qꝛ non de
bebatur. Aut reſpicis alia iura introducentia vtilem: ⁊ tunc fa
teoꝛ ꝙ eſt natiua reſpectu obligationis ⁊ reſpectu debiti, vel
quaſi. l. curatoꝛis. C. de neg. geſt. ⁊ l. pen. ſi quadru. pau. fe. dic.
⁊ in multis legibus in ti. ad legem Aquiliam. que inducunt vti
11 lem aquiliam. ⁊ pꝛedicta vera in perſonalitbus. Quid † in rea-
libus, an vtilis ſit natiua, vel datiua: glo. hic in pꝛincipio dt̄, ꝙ
reales actiones nunquam oꝛiuntur ex obligatione, vt Inſti. de
act. in pꝛincipio. Et dicit verum, qꝛ materia ex qua oꝛitur rei
vendicatio, eſt dominium, ⁊ poſſeſſio aduerſarij. ¶ Uidendum
12 eſt tamen, † qꝛ quandoqꝫ dicitur vtilis reſpectu directe, que cō-
petebat ad idem, ⁊ deſijt competere aduerſario deſinente poſſi
dere dolo, tunc puto ꝙ non ſit natiua, nec enim habet ſufficien
tem materiam, qꝛ deficit poſſeſſio l. j. de alie. iud. mu. cau. fa. qđ
13 no. doc. in rub. C. de rei vendica. Q̄ñqꝫ † dicitur actio vtilis re-
ſpectu directe competentis ad diuerſa, vt vtilis in rem, que cō
petit emphyteute. feudatario ⁊ ſimilibus. Iſta eſt natiua, nam
oꝛitur ex vtili dominio, quod habet emphyteuta ex poſſeſſione
14 aduerſarij. Et ſic loquitur titu. ſi ager vec. pe. † Quandoqꝫ eſt
vtilis reſpectu directe, cui contrariatur, vt in vtili, que compe
tit pꝛeſcribenti, que recte venit ad impediendum directaꝫ, que
competebat ei contra quem pꝛeſcribit, ſm doc. in auth. niſi. C.
de bo. mater. ⁊ iſta ſimiliter eſt natiua: oꝛitur enim ex dominio
vtili queſito pꝛeſcribenti pꝛeſcriptioneꝫ, ⁊ ex poſſeſſione aduer-
ſarij. ſ. acit l. j. in fin. ⁊ quod ibi dr̄, ſ. de aqua pluuia arcenda.
15 Quandoque † dicitur actio vtilis reſpectu directe competētis
ad idem voluntate eius, cui competit directa vera, vel pꝛeſum-
pta, vt quando dominus qui habet directam rei vendicationeꝫ
mihi cedit illam, vel vendit, vel recipit eſtimationem rei:
tunc enim mihi competit vtilis in rem que eſt datiua: non enim

habeo dominium directum, qꝛ res non eſt mihi tradita, nec vti
lis, ſm Dyn. in c. pꝛo poſſeſſoꝛe. circa fi. de reg. iur. lib. vj. ⁊ gl.
in l. ſi culpa. ſ. de rei ven. lꝫ Pet. dicat ꝙ tunc hꝫ vtile dñium,
qđ eſt falſum, l. eius rei. ⁊ l. hec ſi res. de rei vendic. ⁊ hec ſunt ſa
16 tis neceſſaria ꝑ libellum. ¶ † Quero, vtrũ qñ ago vtili poſſim
dicere debitoꝛem mihi obligatum: ⁊ gl. in l. j. C. de act. ⁊ obl. dt,
ꝙ non. Dicas tu, vt patet ex ſupꝛadictis: nam in caſibus, in qui
bus vtilis perſonalis eſt natiua, recte poſſum dicere debitoꝛeꝫ
obligatum mihi lꝫ contractus ſit celebꝛatus cum alio, l. qui ſti-
pendia. C. de pꝛocuratoꝛibus. Sed qñ actio eſt datiua, ideꝫ nõ
tamen poſſem concludere, ꝙ virtute illius oblĩonis condemna
retur mihi, qꝛ non poteſt obligatio actionem inducere. Et glo.
in l. j. C. eod. hoc voluit dicere obligatio, ſcilicet quem actioneꝫ
inducat. ꝯ acit ad hoc quod not. in l. heres. de acqui. hered.
17 ¶ † Quero, vtrum [e] actio vtilis, ⁊ directa ſint eedem in ſub-
e ſtantia: Videtur ꝙ ſint eedem: qꝛ contra gerentem ex neceſſi-
tate datur vtilis, ex voluntate directa, l. curatoꝛis. de neg. geſt.
ſed he due dñr eedem, qꝛ dicit lex, hec actio, ⁊c. l. ij. §. hac actio
ne. ſ. de nego. geſt. Et videtur caſus in l. actio. eo. titu. ſecundũ
pꝛimam lectu. pꝛeterea tutoꝛ tenetur directa tutele, magiſtra
tus vtili, l. j. C. de magiſtrat. conuenien. Sed he due dicuntur
eedem, l. ſi. ſ. de magi. conue. ergo, ⁊c. In contrarium ꝙ ſint di-
uerſe, pꝛobatur: in actione directa quis fundat intentionem ex
perſona ſua, in vtili ex perſona alterius, l. qui ſtipendia. C. de
pꝛocu. quod intellige quantum ad facti narrationem, ergo ſunt
diuerſe. Pꝛeterea vides, quod quandoque vtilis eſt pꝛetoꝛia,
directa eſt ciuilis, vt ſ. de poſ. here. peti. l. j. ſed ciuiles ⁊ pꝛeto-
rie differunt ſpecie, ergo non ſunt eedem. Breuiter Pet. dicit,
ꝙ quantum ad effectum ſunt eedem, qꝛ habent effectum eundẽ,
l. actio. ff. de neg. geſt. Item ſunt eedem in genere, qꝛ ſicut vna,
ita eſt alia actio. Iteꝫ ſunt eedem ſpecie, quia de qualibet actio
nis ſpecie poſſumus dicere, alia directa, alia vtilis. ¶ Sed ſi q̃-
ris, an ſunt eedem numero, tunc ipſe dicit, ꝙ non. quod apparet
qꝛ ſunt multe differentie, finguntur tamen eſſe eedem qñqꝫ, vt
quando vna loco alterius ponitur, vt C. ſi. aduer. tranſactio, l.
j. ⁊ ij. Hec ſunt verba ſua, que examinemus. Dicit ipſe ꝙ quan
tum ad effectum vtilis ⁊ directa ſunt eedem, qꝛ habent eundem
effectum. Hoc non eſt verum ſimpliciter, qꝛ vtilis petitio here
ditatis que competit fideicommiſſario, non eſt eadem quantũ
ad effectum quo ad multa cum directa, vt no. in l. qꝛ perinde. ad
Trebel. Item in particularibus, quia contra vtilem competit
exceptio, que non contra directam, l. quoties. in pꝛin. de admi.
tuto. ⁊ per Dyn. in c. pꝛo poſſeſſoꝛe. de reg. iur. lib. j. Item di-
recta infamat, quod non reperitur in vtili, vt ff. de infa. l. j. Ex-
pedit etiam magis directam quam vtilem habere pꝛopter ꝓ-
bationes: nam in vtili quandoqꝫ debeo plus pꝛobare, ſ. contra-
ctum ⁊ ceſſionem ſed in directa quã haberem ex contractu meo
18 ſolum contractum. ¶ Ad ſecundum dicit ipſe, † quod actio vti
lis ⁊ directa ſunt eedm genere: quod eſt verum ſecundum opin.
communem, que eſt, ꝙ ſit actio in genere. l. ſiue pꝛo fratre. C. de
neg. geſt. ⁊ ibi not. in l. iij. §. genera. de acqui. poſ. ⁊ ibi dixi, ⁊ no.
in l. ſi ſeruus communis Meuij. §. fi. de ſtipu. ſer. ſed dicit ipſe
quod non reperitur actio in genere, vt Ay. refert in pꝛealleg. l.
ſiue pꝛo fratre. Ergo ſecundum eum non poteſt dici eadeꝫ in ge
nere, cum non ſit illud genus. ¶ Tertio vbi dicit, qđ ſunt eedeꝫ
19 ſpecie circa hoc dic, † ꝙ differentie, que ſumuntur ex aliquibus
qualitatibus non faciunt differentiam ſpecificam, ſed differen-
tie ſubſtantiales faciunt aliqua differre ſpecie. Unde ſi dicere-
mus, hominum quidam magni, quidam parui. iſta eſt differen-
tia ſecundum qualitates, ⁊ ſic non differũt ſpecie. Et hoc eſt qđ
dicit lex, plus ⁊ minus non differunt, niſi ſecundum qualitateꝫ,
⁊ ſic non differunt ſpecie, l. ſi. de fund. inſtr. inſtrumentoqꝫ lega.
Sed differentie ſecundum ſubſtantiam, pꝛout differt homo ab
aſino, faciunt differentiam ſpecificam. ꝯ acit l. ij. in pꝛin. ſ. ſi cer
tum peta. Modo ad pꝛopoſitum, vtilis ⁊ directa ſunt qualita-
tes quedam, ergo non faciunt differentiam ſpecificam: hoc con
cedo, ſed poteſt eſſe, quod ex alijs differentijs differunt ſpecie, vt
puta vna ciuilis, alia pꝛetoꝛia, que ſpecie differunt, vt Inſtitu.
de actio. in pꝛinc. ⁊ Io. in arbo. ¶ Quarto dicit Pet. quod vti
lis ⁊ directa non ſunt eedem numero hoc eſt verum, ⁊ pꝛobo.
Idem numero non põt differre a ſeipſo, l. pꝛoponebatur. ff. de iu
dic. ⁊ C. de codicil. l. ſi idem. Sed inter vtilem ⁊ directam ſunt
multe differentie, vt ſupꝛa dixi, ergo, ⁊c. Et hoc pꝛobant leges
hic allegate per glo. in multis partibus, que videntur ſibi inui
cem cõtradicere: ⁊ tamen ſoluitur, quod vna lex loquitur de di
recta, alia de vtili, ⁊ ſic cum habeat ſe ad aliud, vt aliud, nõ ſunt
eedem numero. ¶ Idem dicit quinto, quod quandoqꝫ fingun-
tur eedem, vt quando vtilis ponitur loco directe, vt C. ſi aduer.
tranſac. l. j. ⁊ ij. ⁊ hoc non reperio ꝙ fingantur eedem, nam reſti
tuta vtilis eſt annalis, cum alia eſſet perpetua, l. in honoꝛarijs.
ſ. eo. ⁊ omnes leges que dicunt eandem eſſe intelligo, ſ. numero
vel genere, vel ſpecie ſecundum ſupꝛadicta, non in ſubſtãtia. Fa
cit ad hoc quod dixi in l. Meuius. §. duoꝛum. de legat. ij. vbi
tractamus quãdo actio extincta reuiuiſcit, an eadem ſit, vel alia.
20 ¶ Queritur, † an videatur mandari exercitium directarum ꝑ
f ceſſionem: Glo. in l. ij. C. eod. tenet ꝙ ſic. Tu vero dic, [f] vt ibi di-
21 xi in l. j. ¶ † Quero, vtrum directa ⁊ vtilis poſſent competere
g eidem ad idem: Reſpon. non. [g] Cum enim vtilis inducatur a le
ge ex equitate, vt dixi ſ. lege pꝛoxi. quando aliquis habet dire-
ctam, quare iſta vtilis debet induci, vt pꝛobatur in l. ſi heres in
ſtitutus. in pꝛin. ad Treb. ideo ſi ceſſionarius qui hꝫ vtile, il-
lam interim cedet ei, qui ſibi ceſſerat, non transfertur in il. ſi vti
22 lis, vt eam poſſit ſuo nomine intentare, d. l. ſi heres. ¶ † Que-
ro, ex foꝛma ſtatuti inſtrumenta conteſſionata, ſeu guarentigie
habent paratam executionem, vtrum hoc erit verum in eo, cui
competeret vtilis vigoꝛe illius inſtrumenti: Reſpon. ſic: quod
h apparet, [h] nam domino lata ſententia pꝛo pꝛocuratoꝛe ſuo vel
pꝛocuratoꝛe iurante competit vtilis, ⁊ tamen dominus poteſt
petere executionem, ſicut ſi haberet directam, l. ſi pꝛocuratoꝛ.
ff. de pꝛocu. ⁊ de re iud. l. iiij. §. j. ⁊ ff. de iureiuran. l. nam poſtea.
23 §. iuſiurandum. ¶ † Quero ſi aliquis pꝛoponit directam ⁊ ꝓ-
bet in vtili, vtrum obtineat: Hanc queſt. foꝛmat Pet. C. eodeꝫ.
l. j. Ueritas eſt, aut pendente iudicio ei cui competebat directa
cepit competere vtilis facto rei ⁊ tunc ex eadeꝫ inſtantia poteſt
actoꝛ obtinere, l. quanquam. §. Iulianus. de aqua plu. arce. ꝯ a
cit optime l. ſeruus. ff. de infa. ⁊ de rei vend. l. ſi poſt acceptum.
Sed ſi ab initio competebat directa tñ ⁊ pꝛopoſuit vtilem, vel
econuerſo, tunc nullo mõ poteſt obtinere: qꝛ actionem aptã nõ
pꝛopoſuit, l. j. in pꝛin. ſi men. fal. mod. dix. Uerum tamen poteſt
eſſe qñqꝫ ꝙ verba libelli ſunt generalia ꝙ poſſunt ad vtrunque
24 referri, maxime in realibus, † vbi quis non cogitur in libello
exprimere cauſam remotam: Nam ſi dicit ad ſe pertinere iure
dominij, poteſt intelligi de directo, ⁊ vtili, ⁊ tunc ſi pꝛobaret in
vtili obtineret, l. ſed ⁊ ſi poſſeſſoꝛi. §. item ſi iurauero. de iureiu.
Lꝫ glo. aliter videatur dicere, l. minoꝛ. §. pꝛimo. de euic. ⁊ in l.
ſi mater. §. eandem. in fin. ſ. de excep. rei iudi. Sed quod ibi dt
non videri pꝛoponi de vtili domino, intelligendum eſt, de quaſi
dominio, pꝛo quo publiciana competit, vt ex glo. apparet, ⁊ in
25 qualibet earum dixi. ¶ † Quero ſi vtilis [i] cedatur, an diuida-
i tur in aliam vtilem, ita quod vna vtilis remaneat apud ceden-
tem ⁊ alia vtilis tranſeat ad ceſſionarium: Reſpon. qñ vtilis di
recta competunt eodem caſu, vt directa cedenti vtilis ceſſiona
rio, ⁊ tunc ſi vtilis cedatur, nihil remanet apud cedentem, qui
eam ſolam habebat. l. emptoꝛ. ⁊ ibi nota. C. de acti. vel hered.
vend. ⁊ l. ex aſſe. ⁊ ibi no. ſ. ad Trebel. ⁊ l. j. §. de illo. eod. titu.
Alio mõ dr̃ vtilis reſpectu directe, que cõpetit alio caſu, ⁊ tunc
lꝫ alij cedatur, remanet apud cedentem ⁊ ſic poterat dici dire-
cta reſpectu vtilis, que competit ceſſionario. Exemplum in bo
norũ poſſeſſoꝛe de iure pꝛetoꝛio, qui reſtituit hereditatem naꝫ
apud eum erat vtilis de iure pꝛetoꝛio, ⁊ apud eum remanet, ⁊
in fideicommiſſarium tranſit vtilis per Treb. l. j. §. bonoꝛum.
ad Trebel. ⁊ l. recuſare. §. j. eodem tit. Ita intelligo l. curato-
ris. C. de neg. geſt. Nam ſi minoꝛ cederet vtilem negotioꝛũ ge
ſtoꝛum ꝯ curatoꝛem etiam apud eum remaneret vtilis, arg. di
26 ctoꝛum iurium. Et iſtud eſt vtile ad queſt. de facto † nam ille q
cedit pꝛopter virtutem directe, que remanet apud eum, poteſt
ſolutionem recipere, ⁊ debitoꝛem liberare niſi in tribus caſib.
l. iij. C. de noua. ſed ſi apud cedentem nil remaneret, tunc ſecus:
27 ideo tene menti. ¶ † Quero, an [k] ex ſolo contractu ſine ceſſione
k tranſeat vtilis: Reſpon. latius, ⁊ dic, aut alicui debetur ius, ſeu
nomen ex vltima voluntate, aut ex contractu, aut alia equitate.
Pꝛimo caſu, ſi quideꝫ titulo ſinguiari, vt ex cauſa legati trãſit
vtilis ſine ceſſione, l. ex legato. C. de lega. Ratio, qꝛ etiam in re
bus coꝛpoꝛalibus tranſit dñium ſine traditione, aut titulo vni
uerſali, ⁊ non tranſit ſine ceſſione, l. reſtituta. ad Trebel. ꝯ allit
ſi nõ reperitur qui cedat. ⁊ in alijs caſibus no. C. ad Treb. l. pe.
§. j. ⁊ ſ. ad Treb. l. j. §. de illo. Si vero ex ꝯctu, tunc aut innomi-
nato, ⁊ non tranſeunt ſine ceſſione, vt C. de actionibus ⁊ obliga.
l. j. ſecundum pꝛimam lectu. not. Aut ex nominato, ⁊ regulari-
ter non tranſeunt ſine ceſſione. l. ij. ⁊ iij. ſ. pꝛo ſocio. ꝯ allit in em
ptoꝛe, vt C. eod. l. ij. C. de here. vend. l. empto. Ratio, qꝛ ſic pla-
cuit. quod intellige in voluntaria alienatione. Secundo fallit
in dote fauoꝛe dotis, l. j. ſoluto matrimonio. pꝛobatur C. codeꝫ.
l. ij. Tertio in nomine dato in ſolutum, vt C. quando fiſ. vel pꝛi-
uatus. l. finali. quod intellige, quando datio in ſolutuꝫ facit em
ptionem, alias ſecus. Quarto in nomine dato pignoꝛi. l. cum
conuenit. ſupꝛa de pigno. ⁊ lege, poſt quam C. de hered. vendi.
Quinto fallit in donatione, l. illam. C. de donat. ⁊ nota. in lege
ſecunda. C. eodem. Hoc vltimum non placet Iacobo Buti.
naꝫ ibi fuerunt actiones ceſſe. alias non competeret. facit. ſ. de
dona.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

de dona.lege,ad eū.⁊ ibi dixi dr̄iā inter cedere ⁊ cōcedere.Ter
tio caſu,qñ quis dʒ cedere ex aliqua eqtate,actio nō tranſit ſine
ceſſione,niſi in ſubſidiū,qñ nō reperit̄ qui cedat, quo caſu ſemp
tranſit vtilis ſine ceſſione lʒ alias ceſſio requirat̄,l.j.C.eo.⁊ ſ.d
inſtito.l.j.de dam.infec.l.dāni.§.fi.ad idē l.in creditore.ſ.de
euict.qcqd dicat Pet.⁊ Ly.C.eo.l.j. ¶ Redeo ad gl.⁊ q̄ro,qd
1 actione l in rem: Et ſolet tractari Inſti.de actio.§.j.⁊ per Lyn.
22 C.de alie.iud.mut.cau.fa.l.j. ¶ † Quero,quid de pretoria ſti-
pulatione q̄ petitur officio iudicis nobili: Dico,qd nō eſt pprie
actio.Item non hʒ obl'onem,ſed inſtar obl'onis,l.ſi per colluſio
nem.§.j.ſ.de actio.empt.Sed officio iudicis nouatur,l.⁊ vno.
§.j.ſ.de accep.ſicut actio empti,de quo dixi in l.j.de iuriſd.om.
29 iud. ¶ † Quero,de actionib. que oriunt̄ ex pactis incontinēti
appoſitis: Dic vt in gl. Ipſorum tñ originem doc.plenius po
nunt in l.in bone fidei.C.de pact.⁊ l.ex placito.C.de reruʒ per
mu.⁊ l.iuriſgentium.§.quinimo.ſ.de pact.⁊ ibi dixi.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Primo.Uide aliquid per Bart.in l.ſi ⁊ me ⁊ Titiuʒ.
ſ.ſi certum petatur.
b ¶ Alij dicunt.Glo.hanc alleg.pro no. Bald.in rubrica.C.de
pactis.
c ¶ Figuris.Et que ſit actio,que oritur ex varijs figuris cauſa-
rum,eſt gl.in l.ſi pro fure.§.fi.ſ.de condi.furt.vide gl.⁊ Bar.
in l.certi condictio.§.quoniam.ſ.ſi cert.pet.
d ¶ Oritur.Uide Bar.in l.j.C.eod.an ſint datiue, vel natiue,
plene per Bald.ibi in vj.queſtio.⁊ Bart.hic,⁊ Bald.in l.ex le-
gato.in iij.queſtio.C.de lega.in verſic. ad examinandam iſtam
materiam.
e ¶ Quero vtrum.Uide per Bal. in l.j.C.eo.in verſ. nunc ve-
nio ad ſm.⁊ in verſ.ſecūdo queritur.⁊ vide in d.l.curatoris.C.
de nego.geſt.⁊ Bal.in d.l.ex legato.in prin.C.de lega.
f ¶ Tu vero dic.Not.tū,q ſi ceditur actio in factum, qñ eſt dati-
ua,tranſit in ceſſionarium directa.Ita no.Bal.in l.ex placito.
in viij.q.C.de rerum permu.
g ¶ Reſpondeo non.Uide Bal.in l.j.in ix.⁊ x.q.C.eod.⁊ qd no.
in l.ſi duo.de ſolutionibus.
h ¶ Quod apparet.Et de multis priuilegijs huius inſtrumenti,
vide in l.a diuo.§.ſententiam.in fi.de re iud.Et ad Barto.hic,
vide Bal. in l.per diuerſas.in x.q.C.manda.⁊ l.ex legato.in vl
ti.verſ.C.de lega.
i ¶ Quero ſi vtilis.Uide Bar. in l.ſi quis vi.§.dr̄ia.ff.d acqui.
poſ.⁊ in l.ex aſſe.ſ.ad Treb.⁊ in l.j.C.eo.⁊ in l.curatoris.C.de
neg.geſt.Et vide qd no.Bal.in l.j.C.eo.verſ.ſecundo queritur
No.tñ q ſi ſtatuto cauetur, q alteri ex ſtipulatione alterius q̄-
ratur actio directa ſine ceſſione,iſto caſu in alterum non tranſ-
fertur obligatio naturalis,⁊ ciuilis,ſm Bal.in l.ſi genero.in fi.
de iure dot.
k ¶ Quero,an.Uide Bal.in l.ſi culpa.C.de rei vend.vide aliqd
p Bal.in l.ex legato.C.de legat.Per quos autē actus inducat̄
ceſſio,⁊ p q̄ verba,vide Bal.in l.j.verſ.quarto querit̄ qs ē act⁹.
C.eo.de actio.⁊ obl.vbi dt,q p verbū do,vel trāſfero,⁊ p verbū
alieno,⁊ omne verbū,qd ſecū trahit executionē,⁊ ēt p verbū cō-
cedo,de quo vide Bar.in d.l.j.⁊ in d.l.ad eum.ſ.de donat.Idē
eſt in verbo,dono.l.idemqʒ.§.ſi fideiuſ.ſ.manda.no.Bal.in d.
l.ſi quidem.C.de act.⁊ obl. I ē p datione inſtri cā exiſtente.vt
not.Bal.i l.j.C.qñ fiſ.vel priua.Et an eo ipſo q facta eſt ceſſio
vtiliū,videat̄ mandatū exercitiū directarū,Bal.in l.j.C.eod.dt
q ſic in ceſſione hominis,non ceſſione legis,⁊ quid ſi fiat ceſſio
debitori,dic qd importat liberationē,ſm Bal.in d.l.j.⁊ quali-
ter debeat narrare in libello ceſſionarius,vide not. Bal.in l.ſi
culpa.ſ.de rei ven.⁊ Bal.in l.ex legato.in iiij.q.C.de leg. cum
ſimi.Et quō cognoſcatur an quis ſit ceſſionarius,an directo do
minus,vide Bal.in q.incip.ſtatuto cauetur.
l ¶ Quid de actione.Per Bal.in l.curatoris.C.de nego.geſt.⁊
Bal.in l.j.C.eo.Et adde quod ſingula.no.gl.in l.omnino.ſ.de
impen.in rebus dota.factis.

LEX II.

1 ☞ Debemus inſpicere qualiter loquuntur.
2 Due actiones quando oriantur ex vno contractu.

C Onſenſu fiunt. Tene menti gl.in ver
bo,cōſentire. que inci
1 pit,id eſt,ſimul,⁊ preſentialiter,⁊c.† Et iſtam glo.alle.
tibi,qd debemus inſpicere qualiter leges loquuntur,
du diſputant qōnem in locatione,⁊ conductione.⁊ idē no. gl.fi.
q hic,in l.j.in fi.ſ.de ꝯhenda emptio.Itē no.dt gl.Item no.di
ſtinctionem ex vi nominis,nam vbi diſtincta ſunt noīa,⁊c.dic vt
2 in gl.⁊ Dy.Inſti.de act.in prin.Sʒ qcqd Azo dicat,dic,† qd qñ
que noīa ꝯhentiū,⁊ nomē ꝯctus variant:⁊ tunc fateor qs oriun
a tur[a] due actiones,ſed vtraqʒ directa,vt in hac glo.qñqʒ variant̄
noīa ꝯhētiū,nō nomē ꝯct⁹,vt in pignore,⁊ tūc oriunt̄ due actio-
nes,vna directa,alia ꝯria.Qñq; orit̄ vnū nomē ꝯctus,⁊ ꝯhētiū
vt p ſocio.⁊ vtraq; directa.Qñqʒ deſcendunt a nomine, vt man
dans,⁊ mandatarius,⁊ tunc vna eſt directa,⁊ alia contraria.

ADDITIO.

c Alex. ¶ Qd oriunt̄.Hic habes gl.no.⁊ melius in l.j.in fin.ſ.de
ꝯhen.empt.qd ad hoc vt ꝯctus valeāt,qui cōſenſu perficiunt̄ in
ter abſentes,eſt neceſſe,qd cōſenſus emētis,⁊ vendentis pateat
p nūciū ad hoc ſpāliter deputatū.Fallit multū no.in donatario
⁊ tutore,in quib.non requirit̄ qd eoꝝ voluntas,ſeu cōſenſus pa
teat p nūciū ad hoc ſpāliter deputatū, ſed ſufficit qualitercūqʒ
pbet̄,vt no.dt Arch.xx.qō.ij.illud ēt refert Bal.in rub.de cō
feſ.Et ad hanc gl.adde ea q̄ no.Bar.in l.abſenti.ſ.de dona. in
prin.⁊ an pñtationē ep'le ſortit̄ effectū ꝯct⁹,Bal.in rub.C.d do.
pmiſ.vide de predictis plene p Ro.in l.ſtip'lo iſta.§.ſi ſtipuler.
ſ.de verb.obl.⁊ per doc.in l.omnino.ſ.de impen.in re.do.fac.

LEX IIII.

1 ☞ Ratio quare iudex per imperitiaʒ iudicans tenentur lege
Aquilia,⁊ non ex maleficio,eſt q2 officiū iudicis eſt neceſſariuʒ.
2 Conſulens per imperitiam qualiter teneatur,remiſſiue.

E X maleficijs.§. Si iudex.
Op.q2 imperitia eſt culpa:vt ſ.de reg.iur.l.imperi-
tia.⁊ ex culpa qs ex maleficio tenet̄:quare non hic, vt
Aquilia.Et gl.dt,qd aliud in iudice aliud in Aglia,⁊ nō dt pl⁹.
1 Sʒ q̄ pt eſſe rō: Dic ſic,† qd officiū iudicis eſt neceſſariū,l.mune
rū.§.iudicādi.quoqʒ.ſ.de mune.⁊ bono.q2 ex neceſſitate tenet̄,
2 in Aquilia voluntarie fit. ¶ Quero,† quid in cōſiliario,qui cō-
a ſuluit per imperitiā male:no.Spe.[a] de requi.cōſ.§.j.verſi.cō-
ſiliarij.

ADDITIO.

a Al. ¶ No.in Spec.Uide tex.⁊ qd ibi Bart.in l.idemque.§.ſi
quis ea.ff.mand.

1 ☞ Stante ſtatuto,quod homines de ꝯta,ſeu villa teneantur ca
pere malefactorem:⁊ ſi non ceperint,teneantur in tantū,an vno
exacto,ceteri liberentur.

a §. **Is quoque.** [a] Quero,ſi plures tñr ex quaſi ma-
leficio.an ſolutio vni⁹ liberet alios:
Et qd nō,vt eſt caſus in maleficio,in l.iteʒ Mela.§.ſi plures.ſ.
ad l.Aquil.⁊ l.ſi qs id qd.i fi.ſ.de iuriſ.om.iud.Et gl.dt qd tria
b ſunt ſpālia in quaſi maleficio,p tex.iſtū ⁊ gl.Dy.cōſuluit[b] in tali
1 qōne,ſtatutū eſt in ciuitate Lucana,q̄ cauebat̄,† qd ſi hoīes de ꝯ
ta nō ceperint malefactorē,tūc puniant̄ in tm̄,an oēs in ſolidū,⁊
vno exacto alter liberet̄: Et Dy.ſoluit,qd iſti tñr ex quaſi malefi
cio,cū de facto alterius teneant̄,vt hic:⁊ ideo vnius ſolutione,
alter liberatur,vt hic,⁊ l.iij.ſ.de his qui deiece.vel effud.

ADDITIONES.

a And.Barb. ¶ Is quoqʒ.Et vide quod no. Bald.in l.preſes.
C.de condi.fur.
b Alex. ¶ Dy.conſuluit.Adde Bar.in l.cū exhibuiſſent.in fi.d
publicia.⁊ qd ibi dixi.⁊ Bar.hic,ſequit̄ Bal.in l.j.C.d ꝯdi.fur
ti.Dicit tñ Bal.in l.j.C.ne fi.pro pa.quod ſi ſtatutum dt,q ali-
quo committente homicidium,illi de familia teneantur ad mil
le,vnius ſolutio non liberat alium.l.pen.de condi.inſer.

LEX V.

1 ☞ Preſcriptio triginta annorum iure iſto Digeſtorum,eſt in-
cognita.
2 Idem iuris eſt in preſcriptione xxx.annor.quod eſt in preſcri-
ptione redhibitorie,⁊ quanto minoris,⁊ vtraqʒ eſt odioſa.
3 Preſcriptio xxx.anno.interrumpitur per ſolam citationem.
Preſcriptio decem vel viginti annorum interrumpitur per li-
tis conteſtationem.
Uſucapio triennalis nullo modo interrumpitur.
Preſcriptio ſtatutaria,interrumpitur per ſolam citationem.

I N omnibus. Eppon.ſ.de vſucap.l.in
vſucapionibus,⁊ l.penul
tima.ſ.de diuer.⁊ tem.preſcrip.Gl.ſoluit in legibus
contrariis,⁊ dicit quod contraria loquuntur in pre-
ſcriptione,⁊ vſucapione mobiliū,que eſt fauorabilis,hic in pre-

ſcriptione xxx. annoꝛ. que eſt mere odioſa. Sed illud non credo
1 verum, † cum pꝛeſcriptio xxx. anno. de iure iſto non erat cogni-
a ta,[a] vt Inſti. de perp. ⁊ temp. act. in pꝛin. ⁊ not. gl. in l. non ſolū.
alias incipit, Julianus. ſ. ex quib. cauſ. ma. ⁊ l. qui occidit. ad
leg. Aquil. in auth. vt eccle. Ro. §. j. Sed quid diecmus? Dic,
ꝙ hic loquitur in pꝛeſcriptione redhibitoꝛie, ⁊ quanto mino-
2 ris, ⁊ in ſimi. Sed qūo glo. loquitur † tūc de pꝛeſcriptione xxx.
an. dico, quod glo. bene dicunt, qꝛ idem iuris eſt in pꝛeſcriptio-
ne xxx. an. ꝙ in iſtis pꝛeſcriptionib. hic, qꝛ vtraqꝫ eſt odioſa ex
negligentia non petentis, ⁊ ſine titulo. Et per hoc habetis, ꝙ pꝛe-
b ſcriptio xxx. an. interrumpitur per ſolam [b] citationem. In vſu
capione x. vel xx. an. fit interruptio demum per litem conte-
ſtatam. In vſucapione triennij nullo modo interrumpitur, vt
3 dixi in l. j. ⁊ ij. in fi. ſ. pꝛo emp. Modo, quid in pꝛeſcriptione xxx.
c annoꝛ. que per ſtatutum inducitur, [c] qualiter interrumpatur:
Dic per ſolam citationem, qꝛ ex negligentia ſola non petentis
inducitur: idem cum petit, ceſſat negligentia, que eſt cā pꝛeſcri
ptionis, tunc in pꝛeſcriptione x. vel xx. an. non pōt habere locū
per ſolam citationeꝫ interruptio, qꝛ titulus meus, ⁊ bona fides
non poteſt interrumpi. De queſtione, de qua querit glo. dic vt
in glo.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Cognita. Vide tū glo. ⁊ ibi Bar. in l. aſt pꝛetoꝛ. §. hoc
interdictum. de operis noui nunc. ⁊ glo. in l. Pomponius. §. fi.
ſ. de acqui. poſ.

b ¶ Per ſolam. Vide que ſcripſi in l. fi. in pꝛin. ſ. de eo per queꝫ
fa. erit. vbi etiam vide de permutatione.

c ¶ Inducitur. De hac queſtione vide per Bal. in l. fi. in pꝛin. ſ. de
eo per quem fa. erit. ⁊ Ang. in l. ſicut. de pꝛeſcrip. xxx. anno.

LEX VI.

1 ☞ An filio poſſit cedi actio contra patrem.

Actiones aduerſus. Vide gl. j. ꝗ incipit, id eſt
competere. ibi vt liceat matri ⁊ auie. in pꝛin. poſitā.
C. de bo. que lib. auth. excipitur. Ibi, fratris, ⁊ ſoꝛo-
ris. in auth. de here. que ab inteſt. §. ſi vero cum deſcendentib.
poſita. C. de bo. que lib. auth. iteꝫ hereditas. Et ſic vr̄ velle iſta
gl. quod in caſib. in quibus poteſt queri filio, ꝙ ita patri nō que
1 ratur vſuſfructus, † poſſint filio ↄ patrem cedi actiones: quod
a verum puto. Idem ſi patri [a] quereretur vſuſfructus non vale-
ret conceſſio non tū poſſet agi ↄ patrem eo viuo, vt in toto tit. ſ.
bo. mat. ⁊ de bo. que lib. Ratio aūt ſm̄ iſta tpa erat, ꝙ non pote
rat cedi, qꝛ ſi filio cederetur ↄ alium, querebatur patri: ergo cō
tra patrem non poteſt cedi: vt ſ. de vſufru. l. ſi ſeruo. §. regula
riter.

ADDITIO.

